



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio VII. De septimo iuste possessionis titulo. Ex censibus & redditibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

M V R N E R I.
C O N C L V S I O . VII.

De septimo iuste possessionis titulo.

Ex censibus & redditibus.

Famosus est qui census & redditus cultyi diuino ex p̄ijs causis deputatos in prophanos usus temerabit cōmutare, & cum alterius detrimento ac iniuria alium facere locupletiorem, conariq; plus iuris in alium transferre quam habuit ipse.

Hic ego in nullū pono dubitū census habere & redditus nobilitati & statui religiōlo cōcessum, de reliquis nihil certum habeo. At quia ciues & rustici census & redditus habent, pro contractu licito habere uolo, ut ad minus æquo iure religiosi & clericis suos census habere possunt & redditus, quo rustici & ciues suos habent.

Necq; necessariū putauero probandū quod religiosis & clericis possint ex p̄ijs causis eiusmodi census & redditus dari & fundari, de hoc em ad nauseā usq; & ad superabundantia habet in Auten. de Mona. de non alie. aut permu. Sed ut nostræ exundent rationes, unicā Constan. Augu. legem C. de sacro sanc. eccl. in mediū proferemus ita sonantē. Haheat unus quisq; licentiā sanctissimo catholico uenerabili cōcilio decedens honore quod optauerit relinquere, & non sint cassa iudicia eius, nihil qm̄ est quod magis hominibus debeat quā ut supreme uoluntatis, post quā iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus, & licitū, quod iterū nonredit arbitrium.

Annū redditus inter immobilia bona cōputant in le. iube mus C. de sacro sanc. eccl. quæ necq; alienari necq; auferri debent, qui aut hoc facere temerarit, puniri debet non solū faciens, sed & hui⁹ ecclesiæ Economus uel Sindicu eo. pař. Economicus, sed & scriba qui eiusmodi cōtractū scribit pař. his tabellionib⁹, & iudices hoc admittentes. Auditis ista uos ecclesiariū fures, ut oēs uos iudices Economici, scriba tuti quanti poena plecti debeatis, ideoq; & nihil uobis aliud exspectādū restat, quā ut calceis exutis ad patibulū proficiscamini.

Ss iii

A C T A

Sed & hæc pœna publicorum iudiciorum esse debet fū ad le Iul. pecu. le. i. & le. iiiij. Eāle. Mandatis aut̄, & le. Sacrilegi eo ubi dicit. Et scio multos etiam ad bestias damnasse sacrilegos, nō nullos & uiuos exuississe, alios uero in furcas suspendisse, & decolasse in le. Sacrilegi capite puniuntur. Hæc sunt pœnae uestrorum honorificorum factorum quas meruistis census, redditus & decimas ecclesijs furando.

Euangelici prædones & præcones miseris & simplicibus rusticis adem fecerunt, hypothecas in pignoratas solui ac liberari posse, si clericos & religiosos expulerint, & ecclesias atq; monasteria dilacerarint, quibus hi simplices rusticis ser ducti in huīusmodi angustias & miseriam deplisi sunt, contra ius ipsum, ne qua hypotheca aufferatur, quam cum solutione pecuniae capitalis in leg. Grege pañ, etiam si numeroff de pigno. Quare firmiter & uere credo hanc miserorū rusticorum sanguinis effusionem ad deum pro uindicta clamare, non in eos qui fuderunt, quippe quod iustitiam tutatis sunt, sed in istos apostolicos fures prædicatores, & in omnes eorum receptores ac defensores.

Ex quo primo consequitur, infamem esse quemlibet qui ecclesijs & religiosis suas per uim auffert hypothecas, & ab illos eos uide depellit & iniuria in le. Prætor ait pañ. Ne quid & pañ. Hoc interdictum fū de ui & ui ar. lege Iulii publicorum iudiciorum plectendum.

Consequitur secundo dupliciter infamem esse, & duplum esse furem qui cum retentis hypothecis, etiam & capita lia detinet bona.

Consequitur tertio hunc tripliciter esse famosum, qui hypothecas, capitalia bona, & cum hoc eorundē & sigilla & literas furatur, in le. Nec interest fū Ad le. Iul. de ui pri.

Consequitur quarto quadrupliciter infamem esse qui post ablatas hypothecas, capitalia bona, literas & sigilla homines ui coercet sibi census & redditus ferre, quum ei necq; denarii os neg;

M V R N E R I.

os neq; obulos teneantur in le^o Lege Iulia peculatus ff. Ad le.
Iul. pecu. & le. iiiij. O uos tam multipli^oter infames euange
licineq; criminosi, & scandalosi ecclesiarū fures, si in toto ue
stro corpore unica est sanguinis gutta honorum pudefiatis,
uel parum quod huiusmodi uobis cura ueritate obijciuntur.
O quæ scandala, quas infamias nostro probo germano nata
lisolo irrogatis, uestrisq; parētibus sub terra sepultis, pertin
gant obsecro hæc lamenta in thronū diuinæ maiestatis ad ue
stras tandem iniurias alciscendas.

Ego igitur si per fidem & honores senetiam ferre iustum
iuberer, sicut miseri incogitantes & simplices rustici in hoño
re & bonis pugnati fuerunt, quippe quod moliti sint denega
tis censibus & redditibus in illicitam & seditionis libertatem
se uendicare uoluerūt, pronunciarem huiuscmodi poenam
plus merito ab illis ipsis ciuitatibus & dñis luendā, qui per eo
rum euangelicos nebulones ad hoc operam nauarunt, & qui
dem sedulam atq; diligentem donec miseros decepissent, nec
eo satiat ut tales furum illicitas doctrinas suis ciuitatibus im
plantassent, quin & suos tales nequam in uillas & terras mi
sissent miseros homines decipere, quasi non alioqui mala su
apte natura plus bonis pullularent.

Hæc conclusio in quinq; regulis iuris fundata est. Prima.
Quod semel deo dicatum est, amplius in humanos usus con
uerti non debet. De re, iur. Semelli. vi. Secunda. Iure natu
ræ eq; est, neminem cum alterius detrimento fieri locu
pletiore in le, iure naturæ ff de re, iur. Tertia. Nemo potest
plus iuris in aliū transferre, quā habeat ipse de re, iur. Nemo
li, vi. Quarta huic similis. Non debet eo & Nemo plus.

C O N C L V S I O VIII.

De octauo iuste possessionis titulo. Ex testa
mentis sacro sanctis ecclesijs factis.

Famosus est q; testamentis sacro sanctis ecclesijs factis fraudē
fecerit, amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit,
mutauerit,